Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij.

A. Episcopus Bellicastren. Vicesg.

PLantarum, reique herbariæ Phytosophicas tabulas Illustrissimi, & Excell.mi Principis Federici Cæsij Lyncei, à Reuerendiss. P. Fr. Nicolao Rodulfio Sacri Apost. Palatij Mag. recognitionis causà ad me transmissas accuratè legi, diligenterque recensui, & earum sum admiratus industriam: in his enim ex naturalibus principijs inuestigata Sophia, ad plantarum essentias, facultates, ac vires cognoscendas viam planè aperit; & (quod magis est) artificium ipsius Naturæ in gignendis plantis, in extendendis illarum nerusis, in venis intertexendis, in musculis earumdem adaptandis, in coloribus exprimendis, sub methodo philosophica omnia tanta sedulitate locantur; vt vel quo nam lacte, quibus aquis, quovè aëre plantæ nutriantur, augeantur, atque infirmentur; ex vsu harum Tabularum minimè ignoretur. Omnia quidem ea eruditionis sacræ, ac prophanæ vbertate conspersa, vt me lateat, eruditione, an philosophia in eximio viro magis laudanda sit: vtrumque certè tam in Auctore, quam in opere summè conspiciendum existimo. Quapropter ad Italicam gloriam id plurimum facere arbitror; vt quamprimum & Tabulæ istæ, & reliqua eiusdem Illustrissimi, & Excellentissimi Viri egregia monumenta in lucem emittantur. In quorum fidem ex nostris ædibus Vaticanis xv. Kalendas Nouembris M. DC. XXVIII.

P. F. Fortunatus Scacchus Augustinian. Apostolici Sacrarij Præfectus.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Lupus Socius Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost. & Vicarij Ord. Prædicatorum.

ILL.mo ET REV.mo PRINCIPI FRANCISCO BARBERINO VRBANI VIII. PONT. MAX. EX FRATRE NEPOTI. *S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.*

LYNCEI ACADEMICI FELICITATEM.

HORTORVM, Illustrissime Cardinalis, antiquissimæ sunt deliciæ, & insignibus quidem illis ab omni parte instructis, & ceu ad Polycleti regulam concinnatis iam accedere, aut adimi nihil potest, quando suaue nitentium florum, herbarum læto consurgentium virore, frondentium Arborum infinitas pulcherrimis distributa ordinibus, amœnissimorum insuper fontium aspergine gratam moram nectente, necnon decurrentibus limpidissimarum, & saluberrimarum aquularum mæandris velut iter nonnihil interrumpentibus copiosè irrigatur, & interstinguitur: Dignissimum tamen studium; præstantissima Plantarum scientia, quam Cheirones, Apollines, Anazarbei, Plinij, & ab omni æuo literatissimi quique Viri, & Heroes laudatissimi, tractarunt vsque in hanc diem; non solùm adeò perplexa, laboriosaque fuit, nulla vera methodo, nullo genuino ordine à quoquam inuento & subministrato, vnde quid in ea secundum naturam primum, aut vltimum fuerit, quis perspicere posset; sed mirum etiam in modum, inque dies magis, pro Historicorum in obseruationibus sedulitate, crescente incondensum stirpium multitudine, turbata, & confusa; vt qui scientiam hanc pertinaciùs persequendam suscepissent, velut in Sylua inuia, aut potiùs inextricabili quodam labyrintho, sine physicorum principiorum, & naturæ filo vestigia studiorum regente, errantes, deberent non tantùm immorari; sed immori: præsertim verò nunc Mexicanis hisce additis agminibus, quæ à nostris plurimùm discrepare viderentur, & in molem superapponi indigestam.

Principi autem Cæsio huius Academiæ Institutori nihil vnquam fuit antiquius, aut carius, quam abseuerioribus studijs, negotiorumque curis, suas in hortis delicias habere, sua in hortis otia, quibus recrearentur vires, sumere: nec quidem Viridarijs illis temporum afficiendis iniuriâ, quæ prodigiosis sumptibus Magnates extollere, naturæquè & artis rarioribus longissimè quæsitis (vtcumque minus notis) fœtibus complere solent; sed & immortalibus, & chartaceis, ingenio compositis, pictisque, naturam planè referentibus ipsam. Quàm itaque in naturalis sui Theatri parte, quæ virentibus am-

pliter Frontispicijs sese spectãdam exhibet, omnem ipse Syntaxin plantariam, & Mexicanis, & Peregrinis quibusque alijs cum nostratibus coniunctis, non ad Polycleti, sed naturæ normam, ex Philosophiæ principijs; imò è matris naturæ gremio deducere conatus est, varijsque obseruationibus firmare, & exornare, Plantisq. etiamipsis, quinimò Plantarum familijs à se inuentis locupletare: visum nobis est huic Mexicano Dioscoridi aptissimè subiungi posse, ne in posterum hæc oblectationis, & emolumenti tantopere referta disciplina, methodo carere videretur; sed Herbariæ rei vniuersæ fastigium illud perquam opportunè imponeretur, quo, institutione, illiusque dogmatibus certum eius consisteret studium. Quidni autem subiungi debuissent; quando Plantarum scientiæ non penitus consuluisse videri posset, qui tam multis, & suis & exoticis hisce Thesauris (quibus interim difficilior, & quasi coaceruatis diuitijs onusta prodiret) auctiorem eam reddidisset, ni simul quoque expeditam omni ex parte, propriaque forma detecta, suisque cum causis partium ordine plenè constituta, illustriorem. Futurum præterea omni proculdubio arbitrati sumus, vt ita gratiori multo, ac iucundiori benè conclusi, concinneq; distributi primigenij huiusce Horti elegantia ad doctas, persalubresq. delicias, alij, atque alij subinde philosophicis irrigantibus riuulis, & pellicantur, & pertrahantur; amota nimirum obscuriori quauis densitate, & pertricosa senticeti asperitate, quibus nedum à placidis vijs, spatijsque; sed quouis ab ingressu non pauci repelli poterant. Ne verò vnius Tomi moles incommodè exaugeretur operæpretium existimauimus ex Syntaxi saltem generalem hanc Diagraphen, veluti amplissimi Horti theatrales primos prospectus, hac priori Operis parte præmiti; reliquæ verò immensitatis campos alijs Tomis aperiri, cum scilicet speciatim descendendum, & Arbusculæ, & Herbulæ quæque adeundæ erunt, & lustrandæ.

Cæterùm Illustrissime Cardinalis, cum solemne nostrum sit alias apud te litterarum Arbitrum, & Patronum, nostras lucubrationes deponere, tùm præsertim hoc Principis tibi addictissimi (qui hac de causa editionem denegare nobis non potuit) Viridarium inscribendum esse iudicauimus, quoniam gratiam ei præ alijs adfuturam speraremus. Etenim veteribus gratiores victimæ fuerant existimatæ, quæ propter similitudinem immolabantur: ubi verò in more positum sit nunquam ita obrui à grauissimorum negotiorum mole, aut à seueriorum studiorum continua tractatione fatigari, qui non Botanici studij amœnitate erigare & recreere. Accipis ergo Cardinalis Illustrissime, serenissima fronte tributum, & censum patrocinio tuo debitum; fauebisque studijs Academicorum, qui Virtuti, eiusque laboribus conamur famam non Imaginibus, aut Statuis, quibus insidiatur edax tempus & obliuio, sed fauore tuo prorogare, & litteris. Vale.

DEVS



ADEO, & in DEVM, qui A & Ω. Ad calam. [illegible]

Exordij vel potius praludij modo. In genere simul, ac specie. Præsimilia quædã. Supra centrũ. Indicatio causarum, & historiæ. Theoricis, ac practicis signis præiuncta.

A PVNCTO, ipsius scilicet primi, summique *Plantæ* nominis *Centro*, per titulorum omnium LINEAS, in capitum SVPERFICIEM à quibus corpus deducatur pertractas, præsigni adumbratione præmissa, quã *Obiecti* & *Tractationis* circa illud iudicia summatim ex omni materia præsumi possint, vnde Plantæ proferendæ ad omnifariam cognitionem.

Studium circa stirpes, omnisque Plantarum Scientia præscribitur.

Circumscriptio. In genere. Agitatio quædam. Circa centrũ. Cause vniuersales & historiæ. Seiunctis Theoria, & Praxi.

Mole *Obiecti* tota in CORPVS subsequẽte, vt sua cũ materia ad enucleationẽ vsq; omni ex parte in prænunciatorum implemẽtum exposita remaneat, modis videlicet quibus ab Intellectu sumitur.

Enumeratio, ac expositio. In specie. Diuisio, ac finitio. A centro. Cause, & historiæ peculiares. Iunctis Theoria, & Praxi.

Vago — Intellectu in fronte prospectante. — PHYTICHNOGRAPHIA; quædam designantur. — ¶ Repræsentatio Plantæ ad plenã cognitionem.

Intus, & in cute versanda per omnes cõiũctas partes indistinctẽ collectim agnoscẽte. — THEORETICIS prægressionibus illorũ omnium, quæ ex Plãta venire in conemplationem possunt, quibus materiam perlustramus.

Percurrente — PHYTOSCOPICA omnis contẽplatio instituitur. — ¶ Quæ considerandã in Plantis, & cognoscenda.

Præcipiente — PHYTOGNOSTICAE regulæ excitantur. — ¶ Quibus Planta considerandã, & cognoscendã.

Cõsidẽte — Pernoscente — Separante — DIGNOSTICA distractione partes sumuntur. — ¶ TRIPHYTOLOGIA summi explicati plantarij generis Tripartitio.

Diuidẽte — LOGANATOMIA procedit ad partes partiũ minuendo. — ¶¶ Priorum mẽbra, & quæ à sũmis interdiuidũtur cognita, et sub sequentibus Tabulis distributa.

Insidẽte — Pervidẽte — Displicãte, ac discernẽte — PHYTOTOMIA imprehẽdendo ad illa vsque continuatur, quæ numerum dũtaxat constituunt. — ¶¶¶ Postremis paulatim discretionibus Homonyma ferè contenta, & vix exigua quadam varietate sectiũculis modum exhibentia, quæ In diuiduorũ completur numero in Syntaxis cõplementum ordinatè ostensa.

Ad

Cũ integra & scissilis corporis facie.

Citra vllam præcisam applicationẽ, aut discretionem ampliori prout latè fundituir, cutẽtaq; complectitur collectione, in vegeti corporis notionibus generalibus ab istius dotibus, affectionibus, cãtis in sumptis, vnde vniuersum comprehensa stirpes exhibeatur.

Indiscisso corpore.

PRACTICIS stirpiũ perquisitionibus, tam in natura, quã in chartis, ad plantas cõsiderandas, & cognoscẽdas legitima norma, indeque exercitijs, quibus moles tota in obsequiũ intellectus pertractatur, ad certioris, vel singularũ notitiæ opera.

Cõmunes adhuc ampliorib̃ partibus Naturæ generatim per gradus descẽdẽdo, Plantarũ classes, genera, ac species medias apta diuisione è Naturæ plãticis officinis deductas, cõstituẽdo, latiũ cula cõtẽplatione.

Priori in ampliora agmina partitione.

Secũdarijs in manipuloi sectiunculis.

Discisso, sectoq; corpore.

Discernendi, ac diuidendi applicatione, indeq; TOTVM considerandi prout ex PARTIBVS cõflatur in qua discẽdi debet, mox ad partes illius positarum, scilicet tam in specie plantarum finitionibus, discretim sumẽdas observationẽ p suas causas, inde præxes per singulas.

Vltimus præcisius partes infimas species, ipsasmet scilicet Plãtas, à suis originis vitæ figuræ viriũ fotibus, in serie Mathematicẽ, Physicẽ, medicẽ dirimando.

Mente.

¶ Quibus Plantæ considerandã, & cognoscendã.

¶ Priorum mẽbra, & quæ à sũmis interdiuidũtur cognita, et sub sequentibus Tabulis distributa.

¶¶¶ Postremis paulatim discretionibus Homonyma ferè contenta, & vix exigua quadam varietate sectiũculis modum exhibentia, quæ In diuiduorũ completur numero in Syntaxis cõplementum ordinatè ostensa.

Ad stirpium scientiam latior præsignatio in vniuersæ Syntaxis indicationem.

Theoricis potius meditationibus, ac doctrinæ institutionibus.

Practicis quoque additis, nec sine contemplatione complementis.

Plãtæ repræsentatio, indeq; cõtemplatio ad plenã cognitionem est, vel

Vniuscuiusq; singillatim hinc

- Plantæ Aspectus, Partes, Compositio, Structura, & quæ Quãtitatis sunt, Dispositionis, ac Loci.
- Vita, & Causæ, quæ ipsius Naturæ.
- Vires, & Vsus Applicatæ, quæ Actionis, Qualitatis, & Conditionum: Nosq; præcipuè respiciunt.
- Moralia nobis signa.
- Tituli ex Nobilitate, Pulcritudine.
- Nomen, Nominis rationes, ac re cũ ipsa Coniugia, Auctoritas, Cõtrouersiæ.
- Perfectio Gradus.
- Tractatio ipsa, quæ à Scriptoribus, Historicorumque obseruatis.

Hinc sumẽdo. — *Plantam intus, extraq; cunctis partibus totam. Ex libro Naturæ.* — *eiusq; vicariis exemplaribus iconismis* — *coloribus* — *lineis* — *notisque* — *obiectam expositum* — *ductis* — *scripturis* — *inscriptionibus* — *Naturæ ipsius quasi loquentis eidentia.* — *Nomen legitimum certo congruens æquè ad dictum.* — Ritè conficẽtis Phytognostes.

Synopticis tabulis vniuersalibus in de ad vltima vsque peculiaribus deductis.

Pluriũ comparatione, hinc Rationes

- Similitudinis quibus Plantæ conueniant.
  - *Propinquius.* Genus eiũdem nominis. Varietas proxima ab Antefignanis. Affinitas. magis — hinc — minusq.
  - Respectus. aliquãtulũ etiã iungẽs.
  - *Remotius.* Differẽtiæ, seu distinctionis; quibus ad inuicem recedant, ac disiungantur.
- Vniuersæ Plantæ membrorum.
  - Copulatio. classes superiores ampliores inferiores subductæ angustiores.
  - Ordo. Dispositio. Series per gradus, & loca ex Physico processu, breui quoque magis abditarũ intuitu.
  - Diuisio.

Plantalis constructio.

Inde deducẽdo. — *Suis successiuè inscriptas nominibus plantas, Prouè à Natura proprijs flatuuntur agminibus, à primis ad vltimas ordine repræsentatis ac per suas describendo differentias diuisis similitudine adiunctis, indeque simul definitis, ac locatis vt ampliora genera per medias species ad infima, quæ proximè indiuidua comprehendunt, explicentur.* — *Reiectis interim discordibus illis familiarum titulis, quibus renuente Natura antiqua forsan contubernij necessitate cogebantur, remanentibus duntaxat ex consuetudine signis rectis.* — *Genuina vt distributa constitutaq; Plãtametatio cõsistat.* — *Et ab ea quæcunque de stirpibus cognita, quemodo phytologis dictaq; à gnosis ritè rectè haberi omnifariam possint.* — Ad ipsum vt tandem Phytosophiam.

Ia

- In Plātis considerāda, cognoscēda
  - Priori nostro intuitui, ipsarum subijciente Natura, singillatim dispicienda.
    - Natura.
      - In fronte magis, quæ prius apparēt, & sūt QVANTITATIS, cuius modus FIGVRA, quæ pluribus hoc in genere FORMA. — MATHEMATICVS. — ¶ Plantæ Quātitas.
      - In recessu magis, quæ exterioribus pensitatis innotescunt, & sunt QVALITATIS, quæ præcipuè requiri in Plātis solet, vnde appositè quidē Dioscorides, Danti *Qualis* collector dictus.
        - VITA naturales in Plantæ corpore Motiones. — PHYSICVS. — ¶ Plantæ Vita, & qui inde motus.
        - VIRES, siue in alijs MOTIONES: VSVS nobis corporis applicatione, qui & multiplex, & maximè varius nil nō tentantibus, & extorquētibus ad propria cōmoda hominibus. — MEDICVS.
          - Et quidem *Abstracti* primū ab naturali sede plātalis corporis, & ad impositionem vsurpati, compositione.
            - Destructa. — ¶ Plantæ Vires, plantali compositione destructa.
            - Seruata aliquantulum, partibus tantūmodo quibusdam adhibitis. — ¶ Plantæ Vsus, eius corporis partibus aliquibus insumptis.
          - *Viuentis*, locoq. proprio permanentis propinquitate, & præsentia. — ¶ Plātæ Energia suo in loco incolumis.
    - Vsus.
  - Ad humana ferè corpora, sed & brutorū, necnon inanimata.
  - Posteriori reflexione, nostra ex obiectis colligente, & deducente ratione.
    - Ornamenta.
      - Ex pluribus, vel paucioribus consilio quodā, vel casu *Imprehensa*, quę præsertim notitiam faciant.
        - Interius adhuc insumpta, necnon conspectu ex ipso. — MORALIS. — ¶ Plantæ morale præceptū, seu Virtus.
        - Exterius potius adposito, loco.
          - Erudientis ornamenti. — PHYLOLOGVS. — ¶ Plātæ Titulus.
          - Indicantis, Indigitantisque signi. — ¶ Plātæ Nomen.
    - Logismi.
      - Ex omniū ferè conspiratione, & cōcursu *Comprehensa*. — METAPHYSICVS. — ¶ Plāta in cōstituta, quæ vniuersim cōcludātur.
      - Quorum omnium tandem. — ¶ Phytanacephaleosis.

Ad humanas mentes.

In

- In Plāta sunt Quantitatis.
  - *Simpliciter consideratæ.*
    - Discretæ.
      - *PARTIVM*
        - *Constituētium*
        - *Complentium*
        - *Internarum*
        - *Esternarum*
        - *Formaliū, vt aiunt, & Accidentalium.*
        - *Genuinarum*
        - *Adscititiarum*
        - *Certarum*
        - *Ambiguarū, vt scirpi radij*
        - *Propriarum*
        - *Communium*
        - *Similarium*
        - *Dissimilarium*
        - *Differentium*
        - *Conueniētium*
        - *Similium*
        - *Dissimilium*
        - *Simili modo*
        - *Dissimili se habentium*
        - *Fluentiū*
        - *Solidarum*
        - *Perennium*
        - *Annuarum*
        - *TOTIVS*
      - *Membrorū præcipuorum cōstituentium*
        - Radicis
        - Folij
        - Caulis, & rami
        - Floris
        - Seminis
        - *Componentium, & iungentium.*
        - *Per longū* Neruorū Venarū
        - *Per latum* Membranæ Cutis, corticis Cartilaginis.
        - *Per crassum*
        - Musculorum
        - Medullæ
        - Cordis
        - *Per totum*
        - Carnis
        - Succi
      - Particularum peculiarium Membrorū
        - *Fibrarum*
        - *Foliolorum*
        - *Squamularum*
        - *Alarum*
        - *Petiolorum*
        - *Ramulorū*
        - *Flosculorum*
        - *Conceptaculorum*
        - *Loculorum*
        - *Vasculorū*
        - *Calycum*
        - *Cucullorū*
        - *Articulorum*
        - *Staminum*
        - *Villorum*
        - *Apic. col.*
        - *Septorum interstinuentium*
        - *Pericarpiorum*
        - *Ossium*
        - *Fungosarum*, *Spōgiosarum*, *Lignosarum* — Particularū
    - Continuatæ.
  - Organorum singulorum
    - Habitus
      - *NVMERVS*
        - *Multitudo*
          - Certi quoti numeri ratio — *Rati*
          - Incerti numeri varia — Arithmeticè
        - *Paucitas*
        - *Simplicitas*
          - Dupla, Tripla, Quadrupla — ratio — *potius*
        - *Multiplicitas*
          - Bina, Terna — in ordine — *habita*
        - *Densitas*
          - Combinatio foliorum
        - *Raritas*
          - Ordinata
          - Inordinata
          - Harmonica quodammodo ratio — Musicè
      - Excessus
      - Paritas
        - *Constructio*, *Coagmentatio*, *Connexio*, *Conspiratio*
          - Symmetria — In coordinatis partibus præsertim floris ad semen. Seminis, & corculi ad Plantā, & productionum ordine. — *Modu*
          - Structurę ratio — *Ordo*
          - Proportio — *Relati*
      - Defectus
        - *Crassitudo exilit. gracil.*
          - Spiralis ratio caulium, & productionum
          - Cochleata
        - *Humilitas*
        - *Breuitas*
        - *Angustia*
          - Sphærica
          - Quadrata — *Ratio*
        - *Altitudo*
        - *Longitudo*
        - *Latitudo*
        - *Inanitas*
          - Angulata
          - Fastigiata — Geometricè
        - *Plenitudo*
        - *Paruitas*
          - Oblonga producta
          - Collecta
        - *Magnitudo*
        - *Amplitudo*
          - Expansa
          - Diducta
      - Priuatio
        - *MOLES*

Sitæ, in proximè sequentibus paginis.

In

- **In Plãta sunt Quantitatis sitæ.**
  - **Quoad corpus propriũ ad**
    - **Cõpositionem, & termi nos**
      - Interiores.
        - Consistentia. — Contextus. — Ordo turba trica textura omnis raritas densit. laxit. farct. solidit. fragilit. scitil. fissil.
        - Compago. — Compositio interior, ex qua sectionibus, & apertionibus multiplex figura. — Ellentia quodãmodo Physiol.
        - Tactus. — Plenit. inanit. spongiosit. fistulosit. tubul. succ. aridit. petrosit. limosit.
        - Lux. — Corinac. cartilag. carnosit. fibrosit. lanosit. crassitudo, tenuitas, gracilitas. — Cutis finientis, & obducẽtis ratio.
        - Color. — Rugosit. leuit. planit. — Hirsut. glabrit. — Calor frigus actu, vt dicunt. — Color, & varij ab albo ad nigrum à plumbeo ad caruleum, sed communis illa membris in pluribus exterior, præcipuè viriditas, albicans intus facies, quæ ex ampliorib. crassiusculis positionib. eruditatem, terream Peripatetici dicunt.
      - Exteriores.
        - Figura, Species, ipsa apparens totius partium. — Facies. — Anguli sinus sect. curuit. plan. inæqual. — Rotund. oblong. teret Cylind. — Mixta ferè omnes figura, & quæ omnes nostras regulas perbellè eludant. — Termini exteriores.
        - Hic considerandus interuenit Ordo in partibus, positionis ratione, quo completur figura. — Tub. bulb. rap. capilli com. umbell. spic. caput. — Exterior compositio. — Nod. grum. vt Fructus { supra, infra } { à latere in cacumine, sessilia, in caudice inpetiolis } ita in { Germinibus. Foliis. Floribus. Radice. } — Membrorum ordo, organorum conspiratio.
      - Lineas in Iũcis habes, sphæras in balbis pomis, ac tuberosis, Qui ambitũ in Brasicæ capitibus, Pyramidis aspectũ infastigiato beneq; florido Cãpanulæ illius thyrso. quid verò enumerem. plures in eadem Plantæ, omnes in omnibus figuras, & multifariã dispositas? si verò vsum circipi quæris Fungos pete.
    - **Motum, dispositio partium.**
      - Robur ex colligatione partium. — Organorum forma, quoquo versũ spectata, quoad officia, & examen superius numerum, magnitudinẽ figuram ortum, & relationem inter se mutuam.
      - Internas fũctiones vitales
        - Constitutio ad vitæ vsum. — Ductus spiritũ succorum.
      - Minorũ ad
        - Excernendi, & transpirãdi rationes. — Effluuia particularum odores efficientiũ præsertim è floribus. — Externam euaporationem. — Aërem corrigentium, alterantium dũ per illum diffundũtur. In Rores, Mannas, & huiusmodi abeuntium, indeque stillantium.
        - Distributarum particularum, quæ, & quomodo appositiones, & consignationes ascendentium, & secum ducentium spiritum in altum, crassiorumq. & spissiorum deorsum actarum, & mediarum circum vndique adiectarum. — Quæ exiliunt, & permouentur particulæ, & quæ in spiritus erumpũt, aut ex abiturientibus à Plãta ab illis asportantur, siue dissipatum eant, siue inde repluere debeant.
        - Incrementa quoquo versum — Sursum qui à globo impetus Ad latera Deorsum — Quæ apponuntur, simulq. comprehẽsę distendũtur varijs organorum ductibus.
      - Maiorũ ad localem exterius
        - Aperiõ, fugẽdiq. & recipiẽdi apetitudo, ac in se miscẽdi, & subigendi, vnde & eleuatio, & profunditas, & omnis magnitudo.
        - Agitationẽ Libratio nem. — Agilitas passiuè. Leuitas. Gravitas. Ponderitas. Firmitas. Aequilibrium.
        - Concussionem sonoram. — Statuminum, & diuaricationum apta per membra constitutio, cõnexusq. obediẽtia Quæ percutere, & repercutere aërem valent particulæ, & in vndas crispare, turbulasq. concìere. — Didutiones molis. Distractiones pensationes ponderum, radicum & ramorum variè in orbem respondentium ad inuicem rationes. — Quæ consistunt, & allisionibus varijs concutiuntur. — Cauitas. Conformatio reciproca ad distractiones, repercussiones, & impulsus.
    - Papauera quædam Arabes à fracti vasculi sono simili Sciachaich vocant, & in Aphrica herba dicitur sonum Huahua ab homine tacta, emittere quasi persentiat.

Par-

- **Quoad cõtermina corpora respectu**
  - **Partium, Positio.** Prout scilicet in loci occupationem distendũtur, ac respiciunt
    - Et ambiẽs totum, & circũpositas partes, coniunctę.
      - Erectio. rectitudo. declinatio obliquitas flexus. supinitas. Prostratio. — Nec satis modorum habeas, præsertim si ad singulas stirpes respexeris. — Prout interuenente partium nexu impetuq. in de spirituum, missis in musculos succis sustinentur, aut incuruantur mole, vel pondere, siue superiora perant, aut inferiora magis & quę grato circũstãt cõtubernio. — Quæ robore suo prosurgunt, vt Cupressus, Pinus. — Protensio. — Quæ contorta vario nisu sustinentur. vt Vitis. — Conuoluti o. — Quæ congenito statumine carent & alieno fulciuntur, & scandunt, & adiuuantur, vt Hedera volubiles. — Scansio.
      - Seipsas inuicẽ, si diuersis portionibus disiunctim insumãtur, & dispositione referantur.
        - Plures. — Quæ precumbunt, & humamplexa supina iacent, vel reptant humirepa, vt Chamaecissus Nummularia. — Accubatio.
        - Aliquæ. — Ad totam plantam. — Vel similes partes. — Aliquantas diuersas. — intus — Ad circum stantia. — Quæ, & quibus mensura rationibus. — Collatio. — Quomodo. — Respectus. — Inter quas. — Quibus { Ante: retro. Ad quod latus. Supra: infra. } — Collocatio.
        - Quodcumque segmentum. — Extra latius, prestiusq.
  - **Quoad cõtermina corpora respectu**
    - Latius sumendo ab ipso corpore retinente.
      - Ampliori fuso magis, quod
        - Rarius — Quasi Nouerca quodam modo se habeat, vel potius hospitis — Aqua { commersa, emergentes } { salsa { stagnãs, fluẽ; } dulcis } — Mare. Stagna marina. Lacus. Palus. Fons. Riuus. Fluuius. — Vaganantes, vt Hayhalem Straciptes — terra nixa, vt Tribulus. — Vliginosa rigua fontium. Humida. Limosa.
        - Frequentius — Quæ mater. — Terra { infra superficiem sepulta. in superficie ad aërẽ } { varijs halitibus; aquis fœta, & perfusa. mineris flatibus } — Littora. Scopuli. Cretosa, arenosa, glareosa, fabulosa. Petrosa, saxosa, arida, sterilia, macra, gracilia. Prærupta. Pinguia, glutinosa, fertilia. Participatione vicinarum plãtarum effantium. Conuersantium animalium. Diuerso Solis, cæliq; præcipius aspectu, & aëris ambientis. Venis variẽ perflari Zephyris, benęque fœtis, & corpulentis Austris.
      - Siquidem diuersæ, diuersis halitibus exurgunt plantæ. Aluminosis Agrifolijs gaudet, cuius plantæ indicio alumina in Thascia Græcus inuenit, quæ suis in regionibus eiusdem Plantæ sylualis subesset.
      - Anguſtiori. parasitico quodam abusu — Interdum: Planta reflexione quadam, qua stirps stirpi, & locus, & venter est, & ortu, & alimonijs præpostęris. — Arbores, aliisq. etiam humiliores plantæ { ramis firmosis, muscalis. muscosis, terrosis corticibus. radicibus } — Tesqua Prata — Rudera, parietes, macerię. — Vię, semitę, limites. — Sepes, margines. Arua segetes, satione varia. Horti plantatione varia. Cõsita Vineę, Pomaria, Olineta. Muscosa, fronde tecta. Sylua, varia opacą. Aprica aperta. Montes colles promontoria. Planities cuiusmodi plures Insubria, Campania, Romanusque ager habent. Valles, Conualles in Vmbria, & Sabina frequentes. Patria varijs quidem finibus, scilicet plantas dicimus Europeas, Italicas, Sabinas, Calabras, Aphricanas, Aegyptias, Niloticas, Americas, Mexicanas, Michuacanenses, vlterius Romanas, Nucerinas: eiusdemque montis, vt Baldi, Ianuarij nostri, & Vernlani horti Centauri dicti. — Que ab Occidente Canario ad Orientem, quam longitudinis dicunt; aut ab Aequatore ad vtrosque Polos, quam latitudinis; ratio: vel vnius simplex, vel vtriusque simul.
    - respectu obiece reflexione
      - Varijs quo ad
        - Solem Vẽtos Alia corpora
          - habitudine varia, prestertim humano ab opere — inculta — culta
          - Collocatione varia ratione — adiacentium — inumbrantium abscedẽtiũ — ipsius terræ — eleuatæ. adæquatę. in cãua depressę.
        - Sedem ipsã inter contermina
          - Cæli, solique ampliores plagas, & seiunctim. — Quę Patrię regiones, aut tractus, latius, angustius: quæ grata, & quæ difficilia hortorum hospitia, & diuersoria. — Tegens cælum patrium per climata, variasque partes.
    - A corporis retinentis affectione exteriori precisius, cælestiũ, terrenorumque respectu quoad
  - **Totius. Locus.** Qui quidem si cum producendi, & conseruandi natura cõsideretur, à quantitatis modis, mensuræq. rationibus ad eos, qui qualitatis sunt vergit.

Ger-

Germinet terra herbã virentẽ &, facientem semen, & lignũ pomiferum faciens fructum iusta genus suũ, cuius semen in semetipso sit super terram. Gen. I.

Vita Plantę naturales motus in ei⁹ corpore.

Ab promouentibus principijs initio.

Externis causis.

Influentijs cælestibus, cæloque ipso alternis ritè, rectèque vicibus, & sudo, & madido inde *Sol pater Anaxagoræ, & Aristoteli*, scilicet, *Generationis initium*.

Radij, lumina syderum, immissio particularum.

Imbriũ, rorulentaq; aspergines, & Niuiũ fomenta.

Nonnunquam diuersarum plantarum seminijs fœta pluuia fecũdiores, vt picosæ illæ, ex quibus laserpitium, & syluæ Cyrenis.

Hum-aqueis substratis partibus aptè ad spiritus, succosque constitutis inde *Terra mater Aristoteli*, vtpotè alimẽti initium, & subministra.

Aggerendorum, increscendorumq; putri-læta subministratio.

Internis.

Quà motis, quà mouentibus, & instrumentis.

MATERIA { CALOR — *Tenniora concitanda.* / HVMOR — *Sequaciora ad pingenda.*

MOTVS.

PARTICVLAE. { Simplicitas. / Commixtio Remixtio var. par.

NEXVS.

Superiorum Elementorum, aut potius partium cũ inferioribus *respectus, & copula.*

Concitum fermentum ex permixtis corpusculis, quæ consimili quodã veluti cõputrium feruore in seminium coeunt, & seminibus æquipollentes grumulos.

Generatio. Sponte Natura sibi semina præstituente, quamuis obscuriora nobis. A semine inferius, è planta.

Excitatio.

Eductio germinis.

Pullulatio.

Conformatio.

totius } produ- / partiũ } ctio. Figuram inducens vis. *Figuratrix* dicta. *Tempora.*

Vita ipsa: viuendi actus: *vigor*: *viror*. Nec *natura* tantum, vt latius nonnulli loquuntur, sed huiusmodi, quæ *vegetandi anima*, aptis ad eas, quæ infra functiones *organis*, & *partium obsequio* vsa. *Sanitas* hinc eiusq. *conseruatio* præsertim ex caloris, humorisq. modis, Symmetriaq. quodammodo, & Harmonia membrorum, partiumq. interfluentium inde, & ambientium, & retinentis semper ventris, qualis Anaxagoræ tellus, vel potius vteri materni: à cuius sinu quamuis explicentur stirpes non tamen facile vnquam absolui solent.

Viuens corpus. Sanum. Vitæ statum *Vitalitatem* dicunt.

Sensum; dolores; voluptates, connubia interim, & vlterius *mentis, ac cognitionis vestigia* illa, quæ ex *Empedocle Anaxagora*, nec inuito forsã *Platone* afferũtur refellentibus *Theophrasto, Aristotele*, ac *Galeno* non nisi metaphoricè acceperis, & eleganter. Analogicè verò si libet *sexum* quemdã ad animaliũ modos.

Insidet porrò ea qua viuunt *Anima* in corpore toto, præcipuè verò ab radicis fontibus per medullam illam, quasi ramosa viscera, & distensum cor, in membra diffunditur, neruosas itidem, ac fibrosa partes, interueniorumque plexus, nec parum in ipso cortice, vtpotè ijs, quæ benè subacto, lentoq. nec facilè dissipabile succo consistunt, in eius foculos, & latibula.

Insistente anima, *Variè fusa, ac diffusa.*

Educatio à partibus seminio obsequentibus, socijsq. causis est, succisq. quasi terræ matris lacte, complexuq. benigne fouente circumfluo aëre, radijsq. benignis, & opportunis inspersionibus: quæ etiam ars ipsa, quandoq. prouocans pro viribus suppeditauerit.

Educatum.

Functiones vitales, quæ à vitæ, & sanitatis gradu.

Cõseruationis. — Nutritio.

Alimenta / *Excrementa* } facultate { attrahendi, retinendi, cõsequendi, superfluum reijciendi.

Ore ipsius radicis / *Osculis.* { *interius per partes.* / *Exterius qua ab aere roscido haud parum insugere, & insumere possint.*

Subiugatio insumtorum.

Excretitiæ stirpes parasiticæ. Excretitij succi.

Lacrymæ resinæ. Gummi. Oleosæ effusiones.

Tempora Membrorum. Officia.

Nutritiua.

Alimenta succo ex aqua, & terra simplici.

Partiũ omnium.

stercore, pinguibus salibusq. } additis, in plantã ad robur, & spiritus ducendis.

Complemẽti, seu perfectionis. — Incrementum.

Motus intẽsio { Sursum / ad latera / Deorsum

Additio assumtio.

Distensio.

Complementum.

Admirabilis hæc in Metl fœtu inque Solis flore inde Planta maxima dicto, ac Tune, & in pluribus Saxariplantis, quæ Chamaleontino more aëre potius frui videntur.

Extensio quoquouersum.

Augmentatiua.

Perfectio completo corpore.

Fœcũditas.

Flos Naturæ ridentis Venus; seminis præludium; promissio; confertis à spiritibus minutè in colores elegantes.

Partus Numero, tempore, modo, membris.

Semen Manifestum, simplex, multiplex.

Sexus, & Hymenea Plant. in Palma celebrata, in Merculiali obseruata à nobis.

Generatiua.

Multiplicationis.

Nexus obsignati multiplicatio veluti fermentum reliqua in se trahens subigente spiritu: exsale, & sulphure fixo chimici: ex substantia plantæ scholastici.

Conspersio, coniectio, seminum.

Gremij terræ, varia ratio, varia seminum receptio, ea tepefactum semen complexu suo diffundit, & elicit ex eo herbescentem viriditatem Ciceroni.

Fœtus incubante Natura varius.

Spirituum florida eruptio cõceptionis præuia.

Conceptio.

Vterus. Receptio. Sopor Plantulæ in semine.

Embryon plantulæ.

Cõclusio totius plantulæ in seminis ouo an nutritio, an incrementum.

Et ea vis indita seminis vt complicitã plantulam emittẽdã per multos annos, per turbationes multas cõseruet ad vitã: immo ad terrę vterum currat sponte sua. xiij. anno mõtanarũ quarundã stirpium semina prouenisse scimus, & Althea à nobis ad Nephriticos vsus contusa, diuq. stillatitijs aquis macerata, germina in ipsa phiala per angustũ os emiserũt. Per stercus quoque nõ turdorũ, sed equorũ gallinaceorũ, aliorumq. & fruges, & Gith, aliasque enatas scimus. De Lupini semine quamuis inter vepres suspenso radicibus missis terram petẽte scriptum.

Prolis à semine eruptio. diuersis dierum spatijs alijs primò inde alijs missis plantæ partibus.

Magis, minusq. viuaci spiritu, aut perenni virtute.

Concepticorticis effractio, dilatatione, insumpto à nutrimento, indeq. incremento seminis, rumpente.

Stirpinitium surgens.

Aligermina fouentia. { *Semunifolia ex vniualue.* / *Sembifolia ex biualue.*

Exclusio. incunabula *Sembifolia* in omnibus ferè, à reliquis foliis diuersa è seminis ipsius pulpa.

Propagatio varia prout scilicet expãsum per partes semen fusa seminali, & quoquouersum interdum virtute, in illis maximè existit, quæ viuacem spiritum animæ in condenso, pertinaciq. humore conlocatum obtinent, inde viuiradice ramis ferè cunctis, sementicisq. germinibus, gemmis, tuberculis, nodis, bulbis, radicibus folijs, quinimo succis; contrito ligno multifariam notatur multiplicatio, & per Insitionem etiam de qua inferius non sine aliqua mutatione.

Collecta in principium, nouumq. caput stirpis virtute.

Missis maiori, minorique compendio adultis partibus.

Vel etiã à maiori plãta absolutis, & in noua cõstitutis germina.

Aut in alijs superductis.

Insurgentium in plantam particularum series.

Partium à matre in nouas proles recessus ex collectionibus varijs.

Adiunctiones, appositiones.

Noua è membris, membra in nouorum corporum constitutiones.

Vita Plantæ naturales in eius corpore.

Ab animæ ipsius spiritu, & energia, eo completo.

Quis autem nexus, quamve robustus in semine vlterius cognosce. Meditatio in rediuiuis illis à rogo, à contusione plantis fit, quæ è cineribus saleque; quæ è concretis prosurgunt ad figuram, ad vitam corporibus; quæ in salis micis, fusoque latice, ipsas figuras repetunt peruicacius. Iam consignati à Natura interius, exteriusque plexus firmitatem spectato, si ea confringentis Tuditis, si destruentis camini, vel ipso in busto, & fragmentis immanem violentiam frustrauerit, irrefragabilis prorsus, & inuicta speciem inde redierit in suam, membraque reddiderit illa, quibus ad prioris vitæ functiones, officiaque constituitur; quid vnquã pertinacius impressum, quid mirabilius obsignatum, obseruaueris? Adde breuissimum operis cõpendium, & surgendi impetus, ac resurgendi repetitas pro calore admirandas vices.

Aetas longior, aut breuior vitæ duratio, & peculiaris partium, mutatio habitus figuræ.

Iuuentus / Vigor / Senectus — partium — Contractio / Apertio

Consignati nexus in persistendo vis longæuitas qua plurimum in { Soliditate / Succo multo bene condenso, & lẽto / Radicibus lõgis / Cultu putatiue / Sicciori loco

Annua / Terrestris / Perennis } Conditio, varia lõgioris, aut breuioris æuo.

Radicem / Caulẽ ramos / Folia / Flores / Semina fructus } Quę nunquam amittunt, rarius quæ, aut crebrius producũt, vnde vitę, & perfectionis organorũ ratio, non parũ innotescit.

Morbi { Compositione / Intemperie / Solutione continui

Intrinseci / Extrinseci

Communes / Proprij

Pericula cum { Germinaturiunt / Fructum fecerint

Debilitas breuitasque { Cito nimis prouentu / Imbecillo corpore / Radicibus in superficiem actis

Generis / Specierum / Partic. — Remedia

Subsidia

Totius / Partium — Præcautiones

Nutritionis / Alimẽti / Germinationis / Ortus / Fœcũditatis:

Sphacelus

Sideratio

Roratio in vite, in frugibus nostri Mannam vrentem dicunt.

Articulatio

Hirculatio

Scabies

Rubigo

Foliorum, & fructum lapsus

Cittosis vuarum

Vermiculatio { Vermes / Erucæ / Pediculi / Lepas in Myrto F. Columnæ / Aranei / Culices

Fungus

Ictus & vulnera

Partes à nexu exorbitantes ad solutionem, conclusionum foculis in putres vsque turbulas rebellæ.

Et quæ meatus impediũt, & particularum conspirationem intertur bant, continuataq. intersting uunt.

Interna { Aestu siccitate / Frigore / Humido { Intrinsecus / Extrinsecus

Iniurijs, separatione partiũ, & totius à terra.

Planta { Eruatur / Atteratur / Frangatur / Vratur in cineres / Priuetur nutrimẽto

Corruptio, Lãguor, Ariditas, Putrefactio, siue

Pars ipsius { Abscindatur / Findatur / Diffingatur cõtrarijs oppositis, vel dentibus rodatur. / Vratur radijs.

Venenum vt menstruum, eiusque vel halitus tantum.

Ariditas, & mors.

Interitus

Animalia in Plantis genita.

Computridis partibus in Vesicis Vlmi, Terebinthi: in cornibus Hoitmamaxalli Recchi.

Fermenta spirituum fœta, ad altiorem viuentium gradũ superbientium.

Abortus.

Perseuerantia.

Degeneratio {

Monstra vt cornucopia Cardus Imperati, & forsan Quanhcuetz placuitlapilli Recchi.

Plananchusa nostra, & huiusmodi.

Carduos nuperi olitores in gibbum contortos turgere cogunt. Intybum Lactucã-crispant, & in candorẽ, & succos cũ Cichorio Soncho & Asparagis ducũt. Brassica carnosã vim à flore in villosum spisso germine cerebrum præuertunt. Cypriam. scilicet illã. Cerebrassicam nos, nec abludente colore nuncupauimus.

Excessus, vel defectus materiæ, vel virtutis, vel iniuria quæpiam, aut superadditum fomentum. Quod ars quoque edocta, vt gulæ, vt marsupio satisfaceret, multiplici opere pręstitit, magnatum, dum voluptates herbarijs quoque legibus vim faciũt, & stirpium etiam naturam in sui deturbant obsequium.

Affectiones, & Mutationes.

Metaphytosim nec obseruauimus, nec vidimus quod verò vegeta alia, atq; alia, diuersi etiã generis ex se producãt, Viseũ ipsũ pręter cæteras Parisiticas eui, dẽtius cuiuis ostẽderit: corruptione deinde ea absoluta proferre quę in perfectis partium loco se habere solent, fungi euincẽt, qui staminum in floribus promissorũ ad instar erumpunt è computribus ad humum stirpibus. Vlterius certè Tubera resolutarum in cõpactum ferè frondium, in syluosis tractibus non sine halitu collectiones, seminio nõ solum nepotantur pertinaci; sed robustius interdum constringuntur in tophos illos, nec vita cassos, qui fungos etiam iterato opere ẽgerminare non cessant, perenni cõplexu scaturiginem fouentes. Porrò in fungis vis mirabilior, & maior, fungiferis. ad tertium vsque supernatos vidimus: vidimus à fungorum frustis putridis iacentibus missos fungulos, parte suum totum, ita in potestate habente, ita continente, vt progignere valeat; de quibus omnibus suo loco.

Cõparatur hæc Theophrasto transmutationi vermium in Aurelias indeque Papiliones.

Transmutatio qua varia legitur potius quam compareat, & notari in ea posset defectus à propria virtute quo non sufficiant ad propriam speciem proferendam, & ad affines transeant, ita vt si inopia virtutis, & alimenti sit, & putrefactio, aut resolutio seminis, vel herba magis, minusque in inferiores descendant; si copia spirituum, & alimenti affluat in superiores conscendant, scilicet perfectas magis, & pleniores. {

Tritici in Lolium Theophrasto.

Hordei in Auenam.

Brassicę in Rapum et è cõtra Varroni.

Raphanus in Brassicã vetustate.

Caprifici in Ficum.

Populi albę in nigram.

Cassiæ in Cinnamomum.

Hederæ Helicis in fœcundam.

Sysimbrij in Mentham.

Ocymi in Serpillum.

Frumentorum in ea, quę inde dicuntur Frugũ Vitia.

Linũ in alias quibusdam.

Insolẽs porrò quæ de Quercu dicitur, quæ ab imo excisa degeneret in Genistam.

Transformatio plantalis Metaphytosis quædam per particularum à nexu, eiusque signis effluxiones, lubricosque in proximiora motus.

Externæ. pag. sequenti.

Tab. 6.

Affect. & Mutationes

- *Naturæ motibus, siue contingentibus varijs.*
  - Iuuantibus fouentibus in hilariorem semper valetudinem
    - Terreis *aqueis, altilibus, succis benè dispositis.*
    - Radijs *syderum propitijs.*
    - Fauente *per anni tempora Cælo.*
    - → Vegetior, prosperior habitus Plãtæ, eiusque feracitas.
  - Iniurijs, aduersisque.
    - Calore, *frigiditate, humiditate, siccitate, caloque ipso, & radijs.*
    - Contrarijs *è solo succis.*
    - Humanis *ferro, & manibus; animalium dentibus destruentibus. Et præter maiores inuadentes, minoresque vel in ipsis latitantes; sunt mures, & talpæ, talpæ quoque inter insecta peiores multo, quæ vel in ipsius matris gremio iniquissimè deuorent, depopulentur, radicitus extirpantes.*
    - → Strigosior, imbecillis, infelici prouentu.
- Externæ. *Cultus operis, quæ diuersas regulas, & tempora agnoscunt, facileque circa mites; sed circa agrestes, difficilè, suum finem consequuntur.*
  - In solo materno.
    - Aratione, *fossione, pastinatione, sarculatione, ablaqueatione, occatione, exossatione illa Persij ablatis lapidibus.*
    - Rigatione, *Stercoratione, fæcibus ad fœcunditatem immundis, cineribus, salitisque alijs ad salacem Venerem.*
    - Miscellis *varè temperatis, variè subacto inspersionibus, mangonijsq; diuersis, vnde mutationes exquiruntur.*
    - → Figuræ, & qualitatum mutatiunculæ. Multiplicitas in floribus, vbertim exageratis lætioribus succis.
    - Vstione *illa quidem execranda: qua Virgilio sapè profuit incendere agros; sed sæpissimè nocuit, pomarijs vineis, casis, domibus, castris combustis, consumptisque, & brutis, imo hominibus in discrimen adductis.*
  - In Plantis ipsis.
    - Satione *præuia maceratione, decorticatione, apertione, pericarpij detractione, exsiccatione fructus, aut recentis, vel integri, simplicique commissione. Et vel ardenti aqua Palmulæ maceratum semen celerius nascitur.*
    - *Semina præterea non tantum medicare, & perfundere serentes, vt apud Virg. quandoque solent; sed & radices, bulbosque, aliasque plantarum partes vnguinibus, ac tincturis appositis.*
    - Plantatione, Translatione, Peregrinatione *totius aut partium.*
    - → Multiplex diuersarum conquisitarum plantarũ prouentus, vberior, facilior, additis nostris ministerijs Naturæ operi. Exoticæ plãtæ nostrates fiunt, agrestes, montanæ, marinæ, ciuitate donãtur.
    - Insitione
      - *Nõ abscisso.* — *Traductione in foramine per terebrationem.*
      - *Surculis ramo.*
        - *Abscisso.*
          - *In fissura scissi caudicis, inter corticem, & lignum.*
          - *In caudice ad medullam terebrato.*
      - *Cortice.*
        - *Inoculatione per tubulum.*
        - *Emplastratione gẽma sola.*
          - *Aperto excipiente cortice.*
          - *Detracto, alioque gemmato adpacto, quæ æstatis dicuntur.*
      - ἐμφύτευσις *Adpositione varia, quæ hospitij quodam modo sè habet*
        - *In trũco*
        - *Intertrũcum, & corticem.*
        - *In cortice*
        - *In radice*
        - *Trunco apposito*
          - *Est Paliadij, qua Ramo Salicis brachij magnitudine perforato, Planta Persici omnibus ramis spoliata immissa, eoque infosso fit.*
        - *Semine Theophrastea quadã insitio.*
          - *In Ramis vt Lentisco in Ficus cortice, Ruta in varijs, adpingentes, simulque fouentes fimo, vt fertur de Viso, & Turdis sibi mortem, &c.*
          - *Capitibus*
            - *Bulborum vt in Capa, Linũ in Scylla nõnulli.*
            - *Radicum, vt Brassica, Rapi.*
      - → Plantarum diuersarum in vnum coitus, fructus inde vtrinque participes, vel maiores, vel diuersis saporibus gratiores, ac ad lautiores mensas multiiugis adinuentis, locupletari, qui multifariã palato adblãdiãtur. Felicitas diuersarum plantarum diuersimodè exquisita, coniugijs varijs. Præcocia, & serotina in pomis & fructibus adinuenta, omnimestres Rosæ comparatæ. Sapores etiam ac odores, à coloribus aliquantulum immutari. Collectior plantæ viuacitas.
    - Putatione, Pampinatione.

> Multiplici flore, quæ magis placere possint hinc Ars sibi plantas congignere videtur, rarioraq. semper in florum coloribus exquirit: ita Pæoniæ florem flammeum diluere studet vt candidum habeat, hoc scilicet pacto, & Pauones albi in delicijs rarioribus habentur: folia quandoq. commaculant, vt præter tricolorem Amaranthum, & striatum Gramẽ, Ocymum violaceum, rubensque Blitum, & Betam, incanã etiam Mentham viderimus. Vix certe de violaceo Cariophylleo cogitauerant cum prodijt, iam & vmbellas in Chatalonici Iasmini floribus expectamus, vt componendi sedulitate Florilegi liberentur. Tulipæ certe & Anemones iã & Phrygiones quoscunque, & pictores omni ex parte occuparunt, & deuicerunt.

> Iam temporum quoque iniurias floribus vicimus, hyemat nunquam, vernat semper. Decembri toto Hyacinthis, Narcissis, Anemonibus, Violis, Rosis, Aurantiorum floribus impetente bruma scatent Romana viridaria; sed & Aquasparta nostra ab Vmbriæ montanæ quamuis rigentibus meditullijs misit. Ridet natura obuios niuis inspersis flocculis insurgentes ipsos niueos propellens flores, candoreique gelidos rubentibus, spirantibus, distinguens igniculis.

Quæ plenissima in cultũ obseruatio, & penetralia ad vsque pertingens, ea nobis stirpium, quæ de vitæ gradu sunt ostendat vlterius, vt scholio quodam hic subnotemus. Animalis eam agnouimus ab eo secto trifariam, adstipulante cum pluribus Philosophis Peripato. Sui autem peculiaris generis, & ingens à Brutis ad Plantas, perfectis, perfectas, interuallum. Viuacitas à spiritu est paulò supra Interraneorum halitus promoto, superioribus radijs. Corpus vita motum si cum ferino comparationem subeat, Vniuersi membris, scilicet terrenæ cutis parte, imò aëre, & aquis integratur. Benè nimirum Anaxagoras ventrem ipsi, seu ventriculum potius à terra substrata agnoscit, & circumfusa. Vterum in conceptione dicamus, & appensione radicis quasi ab vmbilico alimentum, & deinde à perpetua quasi nutrice: sinum præterea quo semet tuto recipit aduerso cælo: matrem titulis pluribus. Hinc os est, nec vllis opus est organis, crassioribus ingerendis, concoquendis, excernendis: si purum putum chilum, cibos scilicet omnes in succum redactos, ab radicis osculis exugunt. Rectè ex Galeno Epar. quid Cardane stercora hinc expectas? potius vt Scaliger falsè à te vrinas plãtis expostulet in iudicia febriũ. Musculosa, neruosa, venosa traductio ab Epate eoq. & capite in ramos est: in vicarios inde flores, & partus. hoc vegetum animal. Excrementa, sudores, verrucæ, tubercula: vltimarũ vtpotè digestionũ: nõ crassũ quid, aut fæculentum. Quid alia quæritas mẽbra? anne splenem quoque in his, & pulmonem? respirant ne & illa præstant, quæ nos cum reliquis sensu præditis eiusmodi organis. Diuersis indigent instrumentis functiones diuersæ: indigebunt talibus stirpes ad functiones non suas? Ramosa illa traductio à radicis capite, & cor, & cerebrum, & viscus omne est: & membrum, & membra transferri nõ debet Animal, nec artubus vllis permoueri, nec ita sẽtire. Quid de appetitu? Imbres terra appetit, brutum escam: medium infra hoc, supra illud, loces appetitum, qui de stirpibus dicitur, nec erraueris. Idipsum de odio, fuga, amore credideris. Sensuum modo affectiones, altioris indaginis. Tactum vult Guilandinus obscuritatem excusat nostrorũ hebetudine sensuum, stirpium ruditate. non tamen facilè vtut obscurum quis coniectare poterit, nedum cõparentem vnquam. Siquidem disiungere à sentientiũ membrorum motibus æquum minimè videri potest. Tacta retrahitur Spõgia vt superioris gradus. In planta excisa, aut percussa, quo talis innotescat conditio, motum habemus nullũ. Scimus plures ridere quã referre rusticos, arborem coram vibrata bipenne, antequã ipsum adactũ sit nutare ferrum. Cur nõ potius in nutrimenti arrhabonem affusorũ liquorum gustatus quidam, & genitalibus in operibus spirituũ conceptione, & emissione quasi venereæ lætitiæ nõnihil suspicandum, indagandum in stirpibus, pro organorum, & analogiæ modo? quod sentientibus respõdeat, citra tamen sensum. dum haudquaquam pro saporum ratione eligere, aut iucundis titillationibus in Venerem duci debent; nec voluntate, aut instinctu, sed vegetæ determinatione naturæ in semen parturiant: affusum nõ quæsitum, succum cõbibant. Cõtactus similitudo ab internis quidem, in alimenti augumenti partus ipsius, & sanitatis, necnõ excretorum modo, læuiuscula profert indicia. Potiora quæ ab exterioribus, nullum ferè vestigium referunt. Quæ tactu patiuntur animalia licet infima, nunquam membrorũ abscissionibus gaudere, ac prosperiora reddi solent. In Plantis insitio facilis, grata putatio, pãpinatio opportuna, faciliora in vitã germina à resecatis radiculis, à contortis, attritis, scissis, contusis ramulis; nedum dissectis ab omnibus; & læsionem ferè omnem à sectione excludere videntur, & quemuis huiusmodi tactus dolorem, & sensum. Si quis autem eo quo diximus modo inest, is ab vstione feruentium radiorum, aut rigentis brumæ iniurijs, intrinsecus etiam peruadentibus in spirituum, & complexus perniciem, sumendus est. Nec sexus à sterili fœmina mare fœcundo, vt perperam, & præter nascendi quæ in Animalibus leges, fit; sed à diuersa, quæ ab eodem semine prosurgit prole, & maris, ac fœmina connubijs quasi, & conuictu; vti in suis inferius ostendemus locis. Porrò diuerso in genere sumus ea vtere analogia quã eius diuersa exigit ratio; & quæ præcipuè eam sequantur diuersitatem cape.

Vegetantis huius Animalis vita affixa est. Terræ fouentur gremio, aëris sinu, aquæ lacte, corporis partem, mundi ipsius partem habent, conuiuunt elementis, accedit tellus ipsa in membrũ, vniuersi spiritus fouent.

Constitutio inde non vna, nec facies, nec totum simul & semper; abijcere, amittere membra potest, & recuperare renouatione quadam. Contrahere sese, & in radice; vel radice se abscondere, & bulbo, reliquis ammissis omnibus; vel in radice, & caudice reducere, frondibus nec dolenter dimissis. Exerere, vel sese Superficie dicta tota scilicet ab radice resurgentibus omnibus: [renouatis dixeris, & renatis iterum, atque iterum] vel nouas frondes promittere, quod diuersimodè; aut eodem ferè conspectu semper perseuerare, diuersis datum, vt suis patebit locis. Omnibus certè nouella erumpunt germinatione, quæ propria.

Partes in suum ita ire totũ valent; vt in id vertantur si abscissæ à parente, magnæ Telluris parentis cõmittantur sinu, siue illum demisse contingãt, in quo ventriculũ obtineant. Quæ seminij virtus Viuiradicis dicta efficacia, satis ostendit animam ipsam vegetam ita in qualibet parte diffusam esse; vt diuidi sine vllo reliquæ præiudicio possit, & plenitudine, ac multiplicitate longe eam, quæ in Brutis est sentientibus superare, quæ inseparabili vnitate continetur.

Alijs etiam apposita membra imò membrorum particulæ conuiuunt, & coalescunt insitione, meliusque prorsus habent. Vlterius pensatur ipsa alligatio, & compositio cum mundi membris, quod abscissa etiam artubus viuere possint, diuq; illi seruari: ramuli, & fasciculi suis cum floribus diu certè rident in aqua, sed & semina proferunt, ferèq; perficiunt. Nõ rarò Lilia ab exiccatione etiam, & ab aqua semota reflorescere solent.

Admiranda in Pulegio prorsus decennium [vt ipsi obseruauimus] iam exiccato, florem bis in anno singulis solstitijs rursus aperiente, & emittente, & vitæ vis & syderum ratio; in nullo iam remanente succo, arenti penitus corpore. Nouit hoc forsan Cicero. causa alibi à nobis aperienda. Notius commoueri ipsissimos plantarum liquores in vasis, dum sui generis, planta in flores, fructusque aguntur; colore, & partibus; quinimò in commadefactis etiam, & pertinacibus maculis consentire.

Conculcata, & contusa plura in hoc agmine lætius eriguntur. Hispanicum exemplo sit Chamæmelum. Triticum à Septentrionali frigore percussum miram nanciscitur à niualibus gelidis abollis, à scythicis pruinis vbertatem. Nec Taxi tantum Aquilone, & frigoribus exhilarantur; sed ea in quibusdam in seruando nexu vis adhuc tenellis à semine missis [contra quam vllis sentientium pullis permissum sit] vt gelidas etiam compressiones exuperet. Ita Tunæ nobis plantulæ vix vnciali foliolo, benèque succoso exporrecto restiterunt nocturnis brumæ iniurijs, quibus hoc anno ampliores eiusdem generis, benèque lignosæ arbores plurimum conciderunt.

Ea virtus est, vt annorum oneribus multo minus quam sentientia succumbat; siquidem longissima in multis ætas, in multis fœcunditas; vix finem, vix sterilitatem tangat. Et annosa Iliaca, Herculea, Quercus, vel vna amplum præbeat exemplum.

Vt extensio ipsa, & crescendi impetus, quæ vagandi libertati Brutorum respondere videntur; cum hæ ramis magis, magisque distendantur, ictusque telorum etiam superare contendant, surgendi spiritu indefinito. Nec in Pino tantum Abiete, ac Cupresso, Fagis, Populisq; sed & in alijs, etiam quandoq; superbientibus, vt in Aquaspartana nostra Vlmo.

Etsi ad bruta emittenda, quæ spontè prosurgere dicuntur vis particularum in connexum cõuenientium extenditur. Iam plantæ, quæ infra consistunt [nec mirum] ortum duplicem, ortum multiplicem, & propagationes sortitæ sunt; tum ab illis omniparentis compulsis opere; tum à seminali virtute per illarum corpora pluribus in locis in prolem, & fœtum cum germine præsertim effusa.

Ars præterea non ita Naturæ iura in brutis in variam multiplicandis speciem miscere potest, & temporum leges præuertere, ac in his ferè ad arbitrium inque dies magis facere videtur.

Superauerint ea propter reliquas in Natura rerum classes quascunque, varietatis, & familiarum numero. Luserit ea in his primo ferè in figuras, firmioresque eas, & benè impressas ducens, picturæ in copiam luxuria simul, & licentia.